

CLARA DIES PAULI

Quæ Sacra est

VIRO

*Maximè Reverendo, Amplissimo, atque*

*Excellentissimo*

DNO.

PAULO PHILIPPO

RÖBERO,

D. PAULI FILIO,

Theologo-Doctore Famigeratissimo,

Pastori & Freibergensium Superintenden-  
ti gravissimo

Patrono Suo

Πολυ-καί-αίνας-καί-ένως

colendissimo,

VIII. Cal. Februarij.

Die Metamorphoseos

Sauli in Salvum

&

ΦΑΤΛΟΤ ΙΝ ΠΑΤΛΟΝ

Anni in cunis adhuc cum JESULO quasi vagientis

M. DC. LXXIX.

Felici astro revoluta

Observatur

& cum omnigenæ prosperitatis voto  
millies redire jubetur

à

CHRISTOPHORO Richter /

Gymnasii Freibergici hodiè Alumno.



FREIBERGÆ,

Literis BECKERIANIS.



DEO & MEO !

**R**Ediviva iterum

longo demum tempore moritura  
tardiq; oblita cineris

*Phœnix*

FILI IN PARENTE, PARENSIN FILIO  
ROEBERE,

*Magne à Magno ad quævis Magna nate,*

**VIR**

*Bone, Melior, Optime,\**

Inter claros

*Alpha,*

& inter doctos

non *OMicron* sed *OMega,*

*è tenebroso Solo*

ad splendidissimum justitiæ *Solem,*

cæcutientes ducens pullos

*Freibergæ Aquila,*

Polum Scholasticum fulciens

**ATLAS,**

Quem ita nobis exornavit

**WITEBERGA**

Literarum illud domicilium, eruditionis templum, sapientiæ emporium,

& ut verbo absolvam,

**SAXONIÆ SAXONIA,**

Sine honoris præfatione nunquam nominanda,

ibidem enim infantia ejus vagiit, pueritia lusit, juvenus crevit,

quæ

admirata tanti viri virtutes

indignè jamdudum tulit

In suam messem alienam immitti falcem,

&

quo ipsa ægrè carere possit

aliorum permitti usibus.

**RÖBERE,**

*Carum nobis caput rarumq;*

&

*pectus præ amore nostro expectoratum,*

**VIR** inclutissime,

omnibusq; vel ipsi invidiæ venerabilis,

\* *b. e. vir magne, docte, pie. juxta illud veterum: Magnum esse, bonum est, doctum melius, pius optimum.*

na

nata est iterum,  
favente summo hominum Favitore,  
dies  
qvæ Te quoq; *natum* vel potius *renatum* esse  
est argumento.

PAULO hæc sacra lux  
nostro quoq; PAULO & Ecclesiæ *luci* est facerrima,  
Prodit *Matuta*

*matutinas* ut statim adclamationes injungat.  
Ipsa *Solis* fax clarissima *haud remoratur*,  
*haud remorandos* pro nostræ Ecclesiæ *Solis*  
Salute ut imperet precatus.

Ipsa quoq; *poti* libenter decedunt splendida *sidera*,  
qvò & *Soli* huic *sideri* Sol claritatem adferre possit melius.  
Imò & ex pristino luctu *clara* hæc domui tuæ  
PAULI DIES.

BONA. TEMPORA. DENOTAT. ANNI.  
*Taciti* hac luce infortunii *venti*  
nulla Tuæ

DESIGNANT. PRÆLIA. GENTI.

Absentes & densæ mortis *nebula*  
& malorum *nives* atq; *pluvia*  
nulla non promittunt fausta,  
illæ de Tuis *perituum esse neminem*,  
Hæ non *cara* sed *chara* tempora.

Adeò ut hâc die satis satisq; habeas, qvò frontem striatam  
rugasq; austeriores ponere;  
è diametro verò hilarem vultum sumere &  
exporrectam potius frontem superinduere possis.  
Qvidni & nobis quoq; omnibus sit cur etiam atq; etiam gaudeamus?

*Lato enim capite, lata sunt & membra.*

Agedum itaq; Freiberga,  
devotumq; *Doctori* atq; *Ductori* tuo amorem  
adproba,

Qui suâ felicitate te quoq; felicitare non nequit.  
Feras TUO, (utinam æternum) vota devota,  
precès offeras ferventes.

Surge & lætare,  
tua quid moraris gaudia,  
omnis moræ nescia?

Surge, inquam, & erumpe in lætitiæ verba  
votorum ebria.

Habes *Pastorem*: roga DEUM ut diu habeas.

Veneraris *Patrem*: roga ne mox deserat filios.

Suspicias *Inspectorem*: roga ut multis annis qveat suspici.

Me verò in præsentiarum juvat  
publicis privatas admiscere voces,

& quia occulta mea vota expectant maturitatem,  
justioriq; reservantur tempori  
vix audent in salivam prodire publicam.

Quas



po-

po-

a-



Quas vultu TIBI proprio

h. e.

benignissimo  
adspicere ne nolis  
est quod rogo.

VIVAT. RÖBERUS.

VIVAT. RÖBERIA. CONJUX.

VIVAT. RÖBERI. SPLENDIDA. TOTA. DOMUS.

Plures adhuc annos ipse designet,  
eosq; sic deponat ut Sol occidens diem,  
is enim meridiem adfert antipodibus,  
luctum nec publicum nec privatum

videat,

neq; luctum ipse vel publicum vel privatum

provocet.

inveniat quod nunquam habuit,  
& habeat quod nondum perdidit.

h. e.

senium vegetum.

Tribus:

VIVAT. IN. ÆTERNUM.  
RÖBERI. MAXIMA. VIRTUS.

Me

voti mei damnatum esse futurum  
nihil addubito.

Nam

*& postrogum vivit Phœnix,*

*&*

*Dignum laude virum Musa vetat mori.*



CLARA DIES PAULI

Quæ Sacra est  
VIRO

Maximè Reverendo, Amplissimo  
Excellentissimo

DNO.

PAULO PHILIPPO

RÖBERG

D. PAULI FREIBERGENSIS

Theologo-Doctori Facultatis

Pastori & Freibergensium

ti gravissimo

Patrono Sacerdoti

Πολυ-κεϛ-αίνως-κεϛ-εϛ  
colendissimo,

VIII. Cal. Feb

Die Metamorphose

Sauli in Saluum

&

ΦΑΪΛΟΥ ΙΝ ΠΑΪΔΟΥ

Anni in cunis adhuc cum JESULO

M. DC. LXII

Felici astro revoluto

Observatur

& cum omnigenæ prosperitatis  
millies redire jubetur

à

CHRISTOPHORO

Gymnasii Freibergici hodie



FREIBERGÆ,

Literis BECKERIANIS.

